



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XLIV. De Irregularitate ejusq[ue] speciebus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

Horas Canonicas, nisi fortè pœna ad quam damnatur illarum recitationem impediret.

V. Apparet mihi in hac materia non esse ultrà procedendum.

S. Et mihi.

QUÆSTIO XLIV.

De Irregularitate ejusq; Speciebus.

Vicar. **N**unquid Irregularitas impedimentum Canonicum?

S. Sic est, quare etiam definitur quod sit *inhabilitas seu impedimentum Canonicum, per se, directè, & primariò impediens susceptionem Ordinum, secundariò verò & consequenter eorum usum*; quid singulæ particulæ in hac definitione positæ denotent? facile consideranti patebit, sicut etiam primus Irregularitatis effectus, qui est ipsa inhabilitas ad suscipiendos Ordines; an autem collatio Beneficij facta Irregulari sit invalida? vi: *Bonac. Disp. 5. q. 1. p. 4. n. 19. Layman. lib. 1. Tract. 5. p. 5. c. 1. n. 2. & alios.*

V. Pec.

peccatne graviter, qui in irregularitate exercet actum Ordinis?
absq; dubio; quod si Sacerdos fessarius irregularis ministraret sacrament: Pœnit: et si illicite, valide tamen absolveret, quia irregularitas non tollit jurisdictionem.

Occasione hujus responsi, quaero si Sacerdos Excommunicatus absolvens in Articulo mortis incurrat irregularitatem?

Nequaquam post *Trid.* quia exercet actum non prohibitum cum omnis Sacerdos ministrare possit Sacramentum Pœnitentiae in Articulo mortis.

Supponamus quod adesset copia aliorum Sacerdotis non impediti.

In tali casu non cœsetur Ecclesia relaxare impedimentum, ut exercere possit jurisdictionem, quam pro Articulo mortis accepit, adeoq; exercendo actum sibi prohibitum irregularitatem contraheret.

Quæ sunt species irregularitatis?

S. Prima quæ occurrit species irregularitatis est ex Bigamia.

U. Quid *Bigamia*?

S. Idem quod binæ Nuptiæ, sicut è contra *Monogamus* dicitur Unius Uxoris Vir; definitur autem à DD. quòd sit irregularitas proveniens ex defectu Sacramenti: & dicitur ex eo defectu Sacramenti, quia minùs aptè representat conjunctionem CHRISTI cum unica Ecclesia, quam alioquin significat unicuique Matrimonium.

U. Quomodo dividitur?

S. Dividitur in eam, quæ est secundùm rei veritatem, & in eam quæ est secundùm Jurisdictionem seu interpretationem: *Prima* intelligitur tunc cum quis duo vera & valida Matrimonia contraxit & consummavit; *Secunda* verò, quando secundùm rei veritatem non contrahuntur quidem duo Matrimonia legitima, Jus tamen Canonicum statuit, ut tanquam duo Matrimonia consummata habeantur, ità ut qui

si sic contraxerunt, tanquam Bigamia ab Ordinibus arceantur.

Nunquid hæc posterior Bigamia variis modis incurritur?

Omninò, prout videri potest in diversis capitulis: Juris.

2. Declara succinctè hos modos.

1. *Primus* est, quando quis cum duabus contraxit & cum utraq; Matrimonium consummavit, sive Matrimonium sit cum una validè contractum, sive cum utraq; nulliter, lex enim quoad incursum istius Bigamiæ non respicit nullitatem facti, sed affectum cum opere subsecuto. *Secundus* cum quis viduam à primo Marito cognitam duxit & cognovit (excipe tamen Viduam quæ Virgo permansit) *Tertius* cum quis ab alio corruptam etiam per simplicem fornicationem duxit & cognovit, dixi *ab alio*, quia si fuisset ante Matrimonium, deflorata ab eodem suo Marito, non insurgeret Bigamia & consequenter neq; irregularitas, tali enim

I i s ca-

casu caro non esset divisa sed adhuc maneret una. Affirmat autem *Panorm.* in cap. *Super eo. n. 8.* quod etiamsi Vir ignoret suam Uxorem non esse Virginitatem, sed corruptam, & ita bonâ fide existimatam Virginem illam cognoscit carnaliter, attamen irregularitatem contrahat, quia Lex promotionis considerat factum. *Quartus* si quis propriam licet unicam Uxorem post adulterium ab ea commissum cognovit; sive huiusmodi adulterij conscius, sive inscius. Reliqui modi si qui sunt reperiuntur apud Canonist: suse de hac materia tractantes, & hæc Bigamia vocatur interpretativa, quia videlicet est secundum Juris interpretationem.

V. Quando autem contingit esse Bigamiam *similitudinariam*?

S. Quando quis post votum solenne Castitatis, quali se obstringit in susceptione Sacrorum Ordinum, vel Professione in Religione approbata contrahit

& consummat Matrimonium.

Quis in hac irregularitate ex Bigamia proveniente dispensare potest?

An omni Bigamia, seu irregularitate ex hoc defectu proveniente Papam dispensare posse certum est, quid autem circa hoc valeant Episcopi *consult. Canonis.*

Scies utq; irregularitatem proveniente etiam ex defectu Natalium.

S. Scio, & observo grad^o illegitimorum.

U. Quot sunt?

S. Quatuor: ex illegitimis namq; alij sunt *Naturales*, alij *Nothi*, alij *Spurij*, alij *Manzeres*.

U. Qui sunt *Naturales*?

S. Illi, qui ex Viro soluto, & soluta Concubina domi retenta nascuntur; dicuntur autem *Naturales*, quia sola natura, non honestas Conjugij eos genuit.

U. Qui *Nothi*?

S. Juxtà plerosq; Canonist: dicuntur ij, qui nati sunt ex adulterio Viri conjugij.

jugati, cum quacunq; alia soluta, sic nominati à Nota, seu infamia Adulterij: dicuntur etiam *Nothi* qui ex soluto & soluta domi non retenta nascuntur.

U. Qui Spurij?

S. Illi qui incertum Patrem habent, sic dicti, quasi sparsim concepti, aut quasi sine Patre certo, vel si habent Patrem certum, ex damnato tamen à Jure coitu nascuntur; & ulterius dicuntur *Spurij* à spurcitia incontinentiæ; damnatus autem coitus reputatus est quotiescunq; fœmina punitur aliqua lege humanâ propter coitum, qualis est v. g. in *stupro, rapto, incestu* &c.

V. Qui Manzeres?

S. Illi qui ex viro soluto & Scorto seu Meretrice nascuntur, & hi omnes testimonio Juris Canonici irregulares sunt.

U. Quid sentis circa Filios expositos?

S. Sentio, quòd si comperiantur legitimi ordinari possint, si autem res sit
du-

ta, sic
dulte.
solu.
a nas.
bia, in tali casu occulto obtinenda
dispensatio ab Episcopo, vi: Sayr.
alios.

Quomodo aufertur hæc irregularitas
ex defectu Natalium.

Vel per Canonicam legitimationem,
vel per legitimam dispensationem, vel
per Professionem in Religione appro-
bata (saltèm quoad aliqua)

Quare apponis ly *quoad aliqua*?

Ideo, quia per Professionem in Re-
ligione approbata tollitur quidem hæc
irregularitas quoad Ordines etiam Sa-
cerdos, non tamen quoad Prælaturas &
dignitates.

U. Nolo quidpiam proponere circà Ir-
regularitates provenientes ex defecti-
bus corporis, cùm in hac materia non
advertam aliquam intervenire difficul-
tatem, unum solùm quæro an legeris
*Constitut. Pij II. quæ incipit: Cùm ex
Sanctorum Ordinum collatione &c. &
habe. in Bullar. fol. 79. sub anno 1461.
S. Legi, ubi exprimitur, quòd is qui
su-*

fufcipit fcienter Ordines ante ætatem legitimam, ipfo facto remaneat fufpenfus ab executione illorum, quàmvis cum fufpensione etiam incurrere poffit Excommunicationem quam folent fulminare Epifcopi ordinantes contra non canonicè ad Ordinationem accedentes.

U. Ergo fi exerceat Ordinem fic fufceptum, eo ipfo irregularitatem contrahit.

S. Ità eft.

U. Occurrit dubium: an promotus ante legitimam ætatem tunc folùm irregularitatem contrahat, quando exerceat Ordinem malè fufceptum, vel etiam tunc, quando exerceat alios Ordines canonicè fufceptos?

S. Consideratis verbis præfatæ *Constitutionis*. absq; dubio irregularitatem contrahit, etiam exercendo alios Ordines canonicè fufceptos, quia pœna fufpensionis non eft folummodò ab Ordine malè fufcepto, verùm etiam ab

alijs; statuit enim *cit. Pontifex* quòd
 ones & singuli, qui absq; dispensa-
 one Canonica, aut legitimalicentia,
 extratempora à jure statuta, sive
 legitima etatem &c. ad aliquem
 Sacris Ordinib⁹ se fecerint promo-
 ui, à suorum Ordinum executione
 jure suspensi sint, & hujusmodi
 suspensione durante, si in eisdem Or-
 dinibus ministrare præsumperint, eo
 jure irregularitatem incurrant.

QUÆSTIO XLV.

*In qua de Irregularitatibus tam ex de-
 fectu animæ quàm ex delicto pro-
 venientibus.*

Vicar. **P**utasnè quod defectus Bap-
 tismi inducat irregularita-
 tem ex parte animæ?

S. Minimè, inducit potius incapacita-
 tem.

U. Quid dicis de Neophytis?

S. Dico cum *Navarro* & alijs tales usq;
 ad 10. Annum à fidei Professione esse
 irre-